

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

7 Vtrum Angelus possit cognoscere similiter res in verbo, & in propria
natura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVODLIBET. IX. ART. VI.

ARTICVLVS VI.

habet amateria. Secundo, repugnat eis per hoc quod incorporeas sunt: quacumque enim ex materia componuntur, oportet in materia conuenire, et quod quelibet materia secundum se accepta cum forma careat, non habet in se aliquam dispositionis rationem: supposita autem unitate materiae, impossibile est quod una materia contraria & dispositio formas recipiat, nisi secundum diuersas partes. Non enim potest eadem materia & secundum idem accipere formam angelii & formam lapidis: diuersitas autem partium non potest intelligi in materia non intellecta divisione, nec divisione non intellecta dimensione, quia subtracta quantitate substantia remanet indivisibilis, ut dicit in physi. Vnde oportet omnia quae sunt composta ex materia diminuta esse, & ideo nullum incorporeum potest esse ex materiae compositum. Sed quia substantia angelii non est sicut esse (hoc enim solum Deo competit), cui esse debetur ex seipso & non ab alio) inuenimus in angelo & substantiam, sive quidditatem eius quae subsistit, & esse eius quo subsistit, quo. factu essendi de esse, sicut actu currendi dicimur currere: & sic dicimus angelum esse compositum ex quo est, & quod est, vel secundum verbum Boetii ex esse, & quod est. Et quia ipsa substantia angelii in se considerata est in potentia ad esse, cum habeat esse ab alio, & ipsum esse sit actus: ideo est in eo compositionis actus & potentia, & sic posset in eo conceperi materia & forma, si omnis actus debeat dici forma, & omnis potentia materia: sed hoc non competit in proposito, quia esse non est actus, qui sit pars essentiae, sicut forma ipsa quidditas angelii, vel substantia est per se subsistens, & materia non cooperatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Augustinus super Genesim ad literam, materiam informem, quam Deus primo condidit, dicit significari per celum & terram cum deo. In principio creavit Deus celum & terram, ut per terram significetur materia informis visibilium rerum: per celum autem ipsa natura angelica nondum formata per conversionem ad Deum, ut ipsa naturalia angelorum attribuantur eis quasi materia, & dona gratiae, vel glorie attribuantur eis quasi forma, vnde non est ad proportionem authoritas inducta.

AD SECUNDVM dicitur, quod liber ille non est Boetii, nisi non oportet quod in autoritate recipiat, sustinendo tamen ipsum potest dici, quod formam & materiam large accipit pro actu & potentia, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod ipsa substantia angelii quodammodo se habet ad esse eius, ut materia ad formam, ut dictum est. Materia autem si eius sentia diffiniretur, haberet pro differentia ipsius suum ordinem ad formam, & pro genere ipsam suam substantiam: & similiter in angelis ex ipsa natura substantia ipsorum accipitur genus: ex dicta proportione uero huiusmodi substantia ad esse accipitur specifica differentia, vnde secundum hoc angelii differunt species secundum quod in substantia unius est plus, vel minus de potentia, quam in substantia alterius. Dictum autem Avicegnæ intelligitur de compositis substantiis.

AD QUARTVM concedimus. Non enim ab ipso esse sumitur differentia, sed magis ex habitudine ipsius substantiae ad esse.

AD QUINTVM dicendum, quod in summo uno nulla diuersitas esse potest, cum in eo sit idem esse & quod est, unde hoc sufficit ad eius pluralitatem renouendam: sed compositio quae in angelo inuenitur, sufficit ad eius pluralitatem, ut ex dictis patet.

Vtrum angelus possit cognoscere similiter res in uerbo, & in propria natura.

AD SECUNDVM sic proceditur. Viderunt, quod angelus non possit cognoscere similiter res in uerbo, & in propria natura. Eadem enim potentia non potest simul geminum actu habere, ut quod intellectus simul plura intelligat: sed aliis actu est, quo intellectus angelii uidet res in uerbo, & aliis quo uidet res in propria natura. ergo impossibile est ut simul videat res in uerbo, & in propria natura. Sed dices, quod hoc modo uidetur ab intellectu angelii simul res in uerbo, & in propria natura, sicut intellectus noster simul uidet eclipsim & causam eius.

Contra. Cum intellectus noster simul uidet eclipsim & causam eius, accipit causam ut ratione intelligendi eclipsim. ergo accipit eclipsim & causam eius, ut unum intelligibile, & sic erit unus tantum actu.

¶ 2 Prat. Vnius non potest esse nisi unus terminus ultimus, sicut una linea non terminatur ex una parte, nisi ad unum punctum: sed ultimus terminus potentie est operatio. ergo non potest una potentia simul habere plures actus, & sicutem quod prius.

¶ 3 Prat. Sicut se habet potentia ad actu, ita ad obiectum: sed in unius actus non potest terminari ad duo obiecta. ergo nec una potentia potest simul habere plures actus, & sic idem quod prius.

AD CONTRA. Vistio qua angelii uident res in uerbo, est uisio beata, qua quidem non est intermixta, sed continua. Si ergo non possunt simul uidere res in propria natura, & in uerbo, numquam uident res in propria natura, & præcipue hoc uidetur in anima Christi, que ab initio sua creationis uidet uerbum, & in uerbo.

RESPON. Dicendum, quod angelus, vel anima simili potest uidere in uerbo, & in propria natura, & hoc expresso potest haberi ab Augustino super Genesim ad literam, ubi vult quod dies illi, & vespera, & mane in eis non sunt ordinati secundum successionem, sed solum ordine naturae, unde simul est primus dies cum secundo, & mane cum nocte, & ita simul uisio rerum in uerbo, & in propria natura. Quod qualiter sic possibile sit, uidendum est. Operari liquidem non propriè attributur potentia, sed rei substantienti, quia per potentiam operatur, ut ipsa potentia intellectus non sit operans in intelligendo, sed magis operatio est principium. Sicut autem potentia intellectiva est principium intelligentiæ ipsi substantienti, ita spes intelligibilis est principium intelligendi ipsi potentia. Vnde si uita substantia potest simul diuersos actus habere secundum diuersas potentias, ut anima simili uult, & intelligit: ita ex una potentia intellectiva possint simul potest diuersi actus, si simul diuersis speciebus intelligibili bus uniantur. Hanc causam Algazel alignat, quare non est possibile simul multa intelligere, quia non est possibile intellectum simul informari multis speciebus in actu perfecte, sicut nec corpus figurari simul diuersis figuris. Vistio autem qua angelus uidet res in propria natura, sit per spem intelligibilem concretam, vel infusam inherentem. Vistio autem res in uerbo fit per ipsam spem uerbi, sive essentia, quae non est in haeres, sed ei intellectus unius sicut intellectus.

Species autem concreta inhaeres non repugnat unioni intellectus angelii ad uerbum, cu[m] non sit unus rōnis, & ipsa species, & quicquid est per seconionis

fectionis in intellectu angelico sit quasi materialis dispositio ad illam beatam unionem, unde simul ex intellectu angelic procedit operatio duplex. Una, ratione unionis ad verbum, quae videtur in verbo. Alia, ratione speciei intelligibilis, qua informatur, quae videt res in propria natura; nec erant in una harum operationum debilitatur per attentionem ad alteram, sed magis confortatur, cum una sit ratio alterius, sicut imago rici viæ confortatur dum vnde in actu occulo exteriori actione beatitudinis in beatis est ratio cuiuslibet alterius actus in eis cincinnante.

Et per hoc patet responsio ad primum. Secundum concedimus, quia exemplum illud non est conueniens.

AD TERTIVM dicendum, quod potentia intellegitua angelii non terminatur ad d^uos actus secundum idem, sed secundum diuerias species, qui bus ad actum ordinatur.

AD QUARTVM Dicendum, quod inter actum & obiectum nihil cadit medium , sicut species cadit media inter intellectum & eius actum , unde non est simile;

ARTICVLVS VIII.

Vtrum angelus meruerit suam beatitudinem

Circa tertium sic procedit. Videatur quod angelus non meruerit suam beatitudinem. Qd. n. cit beatum, perfectum est dicit autem meretur, est diu imperf ectum; sed non potest id esse simul perfectum & imperfectum, ergo non potest angelus mereri beatitudinem, dum habet eam.

T2 Pra. Angelus beatus est comprehensornullus autem meretur, nisi uiator. Si dicatur, quod in primo instanti quo beatus fuit angelus, beatum finem meruit. Contra, ergo simili fuit uiator & comprehensus, quod falsum est, cum hoc sit solitus Christi.
T3 Præ. Beatitudo, secundum Philosophum, in

SED CONTRA. Beatus a nulla pura creatu-
re. *Quia magis cum beatis angelis ratione*

ra habetur sine merito, cum habeat præmissi ratione; sed angelus non potuit eam mereri, nisi in primo instanti, quo beatus fuit, quia ante non habuit gratiam, ut quidam ponunt, & sic mereretur non potuit, ergo in primo instanti sua beatitudinis eam erexit.

RESPON. Dicendum quod de conditione angelorum triplex est positio. Quidam enim posuerunt quod angelus in primo instanti sua creationis fuit beatus; sed hoc videtur inconveniens, quia pari ratione alij a primo instanti fuissent miseri, quod etiam quidam dicunt, sed absurdum est, & condemnatum. Alij vero dicunt, quod fuerunt conditi in gratia omnes & in ea quidam perseuerantes beatitudinem meruerunt; alij vero contra eam agentes, facti sunt miseri, & hec opinio nihil difficultate habet, unde precesteris miseri magis placet. Tertij vero dicunt, quod fuerunt creati angelii in puris naturalibus, & quibusdam conuersis ad verbum simul collatae sunt gratia & beatitudo: & hi diuiduntur in tres vias. Quidam enim dicunt, quod numquam beatitudinem meruerunt; sed hoc non videtur esse poteris nisi soli Christo, qui est filius naturalis, ut hec eruditate diuina & fruitionis sine merito habeat. Alij vero dicunt quod merentur eam ex operibus, quae circunstancias agunt: & hoc est non videtur conueniens, ne meritum sequatur praemium, cum magis meritum sit dispositio ad praemium. Tertij vero dicunt quod

A in primo instanti beatitudinē meruerunt ex hoc ipso, quod ad verbum cōuersi sunt: & hac opinio inter has tres probabilior est. Vnde ad eius euidentiam sciendum est, quod meritum se habet ad primum, sicut motus ad terminum, & sicut fieri ad factum esse. In his autē que successivae sunt, prius est fieri quam factum esse. In his vero que sūt subito, simili est fieri & factum esse, sicut lumen acer illuminatur, & illuminatus est, & hanc res creatur, & creatura est. Cuius rō est, quia instans illud in quo primo aliquid factum est, est terminus temporis praecedentis, in quo nō erat: & sic aliqd de aliquo pro prietate illi^z temporis retinet, quantum potest dici quod ante hoc instans res ista non fuit. Et quā vis in his que per modum succeluum sunt, fieri attribuiatur tempori praecedenti, in momentaneis tamen factiōibus fieri nō potest attribui, nisi ipsi instanti primo, quod diuidit inter esse & nō esse rei. Vnde quamvis in omnibus q̄ijs instantibus sequentijs possit dici, quod hoc factum nō est, non tamen potest dici quod fiat & factum est nisi est in primo. Similiter dico quod in primo d instanti, quo mens angelica conuersa est ad uectriūtōnem, & beata quidem erat ratione perfecte fruictōnis, quasi in factō esse existēs, beatitudinem merebatur in hoc, quod conuertebar ad verbū, non preexistētē beatitudinis perfectionē, sed qua si existēs in ipso fieri beatitudinis, sed postmodum mēs angelī est tūm beata, & non beatitudinē mere tur. Similiter est de contritione, quia in eodem instanti est terminus præparatiōnis ad gratiam, & gratiæ infusio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non oportet ponere idem simul esse perfectum & imperfectum: sed idem simul esse perfectum & terminum imperfectionis, vel nunc primo esse perfectum.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ angēlus mercurii ut
uiator, non quasi distans a termino, sed utin ter-
mino uitæ existens.

AD TERTIVM dicendum sicut ad primum,

ARTICVLVS IX.

Vtrum angelus moueatur in instanti.

AD QVARTVM sic proceditur. Videatur quod
Angelus mouetur in instanti. Sicut. n. dicitur in li-
de intelligentia, in motu angelii magnitudo, spaci
distantiam non operatur sed propter distantiam
quod facit magnitudo spaci, contingit quod aliqd non equi-
cito puerum ad propinquum & distans, ergo angelus, a-
que cito ad distans & propinquum peruenit, sed oerata
le mouet in instanti ergo angelus in instanti mouet.
¶ 2 Prae. Sicut se habet mobile diuisibile ad motu di-
uisibili successivum, ita se habet mobile diuisibile
ad motu diuisibilem & instantaneum: sed
corpus, quod est mobile diuisibile mouet successivam
in parte diuisibilis, ergo angelus quod non est mobile diuisibile
ex hoc propterea caret instanti, mouet subito, vel in instanti.
¶ 3 Prat. ARI. 14. Physi. probat, quod si aliquid mo-
ueretur in vacuo, moueretur in instanti. Pro hoc
quod medium mobilis non resistit: sed sicut vacuum
non resistit corpori in motu, ita nec aliqd pleni-
tudinis angelorum ergo angelus mouetur in instanti.

Sed contra illud, quod dicit Aug. super Gen. ad literam, quod Deus mouet creaturam spiritualem per tempus; angelus autem est creatura spiritualis, ergo mouetur per tempus, & non in instanti.

tet